Talem verò Philosophiam ut recluderent, illustres viri, Renatus des Cartes in dissertatione de methodo detegendi incognitas veritates, Autor artis cogitandi, quem vulgò Dominum Arnault putant, P. Malebranche dans la recherche de la verité, Abbas Mariotte dans l'essay de Logique contenant les principes de science et la maniere de s'en servir pour faire de bons raisonnemens, plures q. alii hoc imprimis seculo, postquam innotuit quanta hujus rei sit præstantia, omni studio allaborârunt. Quia verò varò aliquid quod in cognitione veritatis præcipuum est, in primis statim viis seu initiis ad omnimodam planè perfectionem, quæ hic desiderari potest, deducere valemus, quin potius circa talia sensim et per gradus quasi progredimur; cujus rei illustre exemplum ipsa Analysis est, utpote quæ tempore longo successivè ad tantum tandem fastigium pervenit: Hinc optimè sanè huic rei consuleretur, si viri plures, qui singularem præ

8

cæteris progressum et propriis quidem ingenii viribus in veritatis cognitione experti, attentè